



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Concilivm Venetvm, In Causa Disciplinae Ecclesiasticae celebratum anno
Christi MXL. sub Benedicto papa IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

° CONCILIVM TRIBVRIENSE ANNO CHRISTI 1035.
 ANNO DOMINI MXXXV. CELEBRATVM
 tempore Benedicti papæ IX.

NOTA.

° *Concilium.*] Anno supra signato magnam Synodum Triburien-
 sem collectam esse testatur Hermannus in chronico quod ex codice
 Auguftano nuper edidit Canifus. Acta eius summatim describuntur
 in chronico Cameracensi lib. 1. cap. 51. his verbis: *Triburia secus
 Moguntiam imperator Conradus de diuersis partibus episcopos conuo-
 cauit, vt qua vtilitatis & religionis sunt adinuicem conferrent. Qui
 post aliqua dictorum suorum hoc habuerunt capitulum, vt si quando
 ieiunium primi mensis in ea hebdomada, qua constat caput ieiunii, sicut
 solet euenire, amborum ieiuniorum celebritas officii expletionem comple-
 retur. In hoc rursus moderatissimus pastor antiquam patrum consuetudi-
 nem seruari monebat, & in altera hebdomada officium primi ieiunii ce-
 lebrandum pro consuetudine antiqua censebat: cuius oblata sententia
 visa est congrua, & ab iis decreta est tenenda.* Hæc chronicum Ca-
 meracense prædicto loco.

° CONCILIVM VENETVM, ANNO CHRISTI 1040.
 IN CAUSA DISCIPLINÆ ECCLESIASTICÆ
 celebratum anno Christi MXL. sub Benedicto papa
 IX.

NOTA.

° *Concilium Venetum.*] Hoc Concilium, assistente & fauente Do-
 minico Flabanico duce Venetiarum, celebratum est Venetiis in ec-
 clesia sancti Marci sub Vrso patriarcha, in quo, teste Andrea Dandu-
 lo in suo breui chronico, pleraque ad disciplinam ecclesiasticam spe-
 ctantia constituta fuerunt.

VITA

GREGORII PAPÆ VI. ANNO CHRISTI 1044.

Gregorius
 VI. quando
 & a quibus
 electus:

GREGORIVS, huius nominis sextus, cui antea Grati-
 ani nomen erat, anno Domini 1044. tempore re-
 gnantis Henrici secundi a Romanis tamquã ecclesiæ Dei